Cicero (18) 3 1

lingua excellentius cicerone inueniri poteſt. At hic in ſuis nobi — *Cicero in uerr.*
liſſimis orationibus quas uerrinas uocant. coram. praepoſitionem ſiue illo
loco aduerbium ſit. nomen appellauit. Uerumtamen quia fieri poteſt.
ut cum ego illum locum minus bene intellegam. exponatque alias aliter
tamen t ab alio. e. Ad quod reſpondere poſſe nihil puto. Tradunt
enim nobiliſſimi diſputationum magiſtri nomine et uerbo plenam
conſtare ſententiam. quod adfirmari negarique poſſit. Quod genus idem
tullius quodam loco pronuntiatum uocat. et cum uerbi tertia perſona e. nomi — *idem*
natiuum cum ea caſum nominis aiunt ee. oportere. et recte aiunt. quod mecum
ſi conſideres uelim cum dicimus homo ſedet equus currit. agnoſcis
ut opinor duo pronuntiata ee. AD. Agnoſco. AUG. Cernis in
ſingulis ſingula ee. nomina. in uno. homo. In altero equus. et uer
ba ſingula in uno ſedet. in altero currit. AD. Cerno. AUG. Ergo
ſi dicerem ſedet tantum. aut currit tantum. recte a me quaereres. quis
t quid. reſponderem. homo t equus t animal t quidlibet aliud quod poſſet
nomen redditum uerbo implere pronuntiatum. id eſt. illam ſententiam
quae affirmari et negari poteſt. AD. Intellego. AUG. Attende
cetera et finge nos uidere aliquid longius et incertum habere utrum
animal ſit an ſaxum t quid aliud. meque tibi dicere quia homo
eſt animal. nonne temere dicerem. AD. Temere omnino. ſed non teme
re plane diceres. Si homo eſt animal eſt. AUG. Recte dicis. Itaque
in tua locutione placet mihi ſi. placet et tibi. utrique autem in mea
diſplicet quia. AD. Aſſentior. AUG. Uide iam utrum iſtae duae ſen
tentiae plane pronuntiatae ſint. placet ſi. diſplicet quia. AD.
plene omnino. AUG. Age nunc dic mihi quibus ſint uerba quae nomina.
AD. Uerba ibi uideo ee. placet et diſplicet. nomina uero quid aliud quam
ſi et quia. AUG. has igitur duas coniunctiones etiam nomina ee. ſatis pro
batum eſt. AD. prorſus ſatis. AUG. poteſne ipſe per te in aliis par
tibus orationis hoc idem ad eandem regulam docere. AD. poſſum.
AUG. Transeamus hinc etiam dicam utrum ſic omnia uerba nomina.